



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

De patriarchis Alexandrino, & Antiocheno, & eorum iurisdictione. Capvt
VIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

ANNO CHRISTI 325. Ut illis temporibus & diu deinceps visus est hic Canon utilis, & necessarius ecclesiis, ita postea necessarium visum est contrahere bi- na Concilia singulorum annorum in singula, ne bis uno anno futu- rus esset absens ab ecclesia sua episcopus, & oves propter crebram absentiam pastorum facile a lupis vorari possent. hanc enim causam fuisse mutandi Canonem hunc de Conciliis bis habendis quoque anno scripsit Athanasius patriarcha Constantinopolitanus in episto- la ad episcopum Sardensem. de Conciliis vero lemel habendis sin- gulis annis, est Canon Synodi 6. cap. 9. Synodi Nicænae 2. cap. 6. Lateranens. Concilii cap. 6. Hac nostra ætate cognita, & explorata percepta maiore adhuc necessitate præsentia episcopi in ecclesia sua, & maiore periculo absentia, singula Concilia singulorum an- norum in tertios quoque annos prorogata sunt. Si igitur frequens absentia episcopi ab ecclesia sua tam periculosa & pestifera iudicata est, vt (ne tempus & occasio frequens ei daretur) Synodus prouin- cialis alioqui tam necessaria & salutaris, non nisi vt tertio quoque anno habeatur, Synodus Tridentina prudentissime & saluberrime sanxerit, quid excusaturi sunt, qui tanto animarum periculo, & ec- clesia Dei incommodo & detrimento, electiones aut nominatio- nes differunt, & tam diuturnas vacationes munera pastoralis inue- hunt? quid excusabunt, qui interim silent & dissimulant, quos Deus posuit in ecclesia tamquam tubas & buccinas ad canendum, cum, vt ait propheta Ezechiel, viderint gladium venientem, quorum est clamare, & exaltare vocem suam? & que sequuntur in pro- pheta Ilaia.

*De patriarchis Alexandrino, & Antiocheno, &
eorum iurisdictione.*

C A P V T VIII.

Constitutum est, vt episcopus Ægypti, id est, patriarcha Alexandrinus, præsideat & habeat po- testatem totius Ægypti, & omnium locorum, ci- uitatum & oppidorum, quæ sunt circum eam, quia sic conuenit; & quia similiter episcopus Ro- mæ, id est, successor Petri apostoli, potestatem ha- bet omnium ciuitatum, ac locorum quæ sunt cir- cum eam: ac similiter episcopus Antiochiæ, id est, patriarcha, potestatem habeat prouinciae illius to- tius: & in aliis item locis seruari debet, quod in præterito constitutum est.

Can. Nic.
Græc. 6.
Epitome v-
trinique
horum o-
ctau, &
noni.